



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput VII. Idem (a) Hugoni, & Comiti, & Marsicto, Pisanis Canonicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

mam causam habet præter delictum, & per eandem actionem repetit fructus ipsius rei, quos injunctè creditor detinere, ex suprad traditis; quia licet prædo fructus suos non faciat, cùm teneatur eos restituere re evicta, i. s. *urbana*, in fine ff. de condicione indebet. *Ceruum* 22. *C. de rei vind.* tamen quos per se in praesenti casu capere non potest, capit ex persona creditoris, juxta regulam textus in *I. Aristo*, in fine, ff. quae res pignori, l. cùm bareditate ss. ff. de acquir. baredit. l. cùm autem, §. final. ff. de editis. l. 3. §. si quis ex liber. l. non patitur 8. §. sexbaredatus. ff. de bonor. posse. conseratab. l. filius 13 ff. de bonis libert. non ut sibi acquirat, quia bona fides creditoris virtutem futuritatem tollere non poterat; sed ut percipiat, & postea cum re ipsa eos restituat. Sententia ergo Ulpiani est, si prædo rem alienam pignori dederit, & soluta pecunia per ignorantiam eam repeatat, repetit etiam & fructus, quos injunctè detinere creditor: repetit autem rem cum fructibus propter bonam fidem, quam creditor habuit, id est, quia creditor ignoravit à prædone rem ipsam pignori datum fuisse; alias si ipse sciret prædonem eam in pignus dedisse, non prædoni, sed vero domino restituere deberet rem cum fructibus, ex *I. I. rafider* 21 ff. depositis. Hanc autem ignorantiam appellat Ulpianus bonam fidem, non quia existimatet creditor rem suam esse; sed quia credidit rem esse ejus, qui pignori dedit, ut ceteri alii bona fidei possessores dicunt illi, qui à non dominis res acceptunt, §. si à non domino, *Institut.* derer divisi. atque ita propter hanc ignorantiam debet restituere rem cum fructibus prædoni, non vero domino: presensit Valero, *animadvers. cap. ultim.* licet alter textum illum exponat Faber *lib. 7. conject. cap. 19.* Ofvaldus *lib. 14.* Donel. *cap. 7. littera I.* Cujacius *lib. 6. qq. Papin. in dict. I. urbana.* Pichardus *in s. actionum 28. quest. 24. num. 21.*

*Instit. de act. Oros lib. 2. de apicibus jaris, cap. 1.*

Adhuc suprad traditis, videlicet jure civili in contraactu pignoris antichresin permitti, ita ut *Explcatio* virtute ejus conventionis creditor fructus rei *i. suis qui* n. s. i. g. §. 1. ff. de pignor. ubi docet Marianus, quod si contraacta fuerit antichresis, & creditor possessionem pignoris amiserit, debet actione in factum uti, non ea, que datur ex contractibus innominatis, sed in factum prætonia, quæ datur defientibus aliis actionibus, l. *juris* 7. §. 2. ff. de patitis, l. in rem 23. §. item, l. cùm autem 52. ff. de rei vind. Sed tunc sic insurgo: Si antichresis à jure civili approbata esset, ex tali conventione in contraactu pignoratio adjecta datur actio pignoratio, ut regulariter datur actio propria contractus ex pactis in continentia adiectis, l. 2. *C. de partibus inter empor.* igitur non actio in factum subsidiaria, sed ipsa pignoratio, seu hypothecaria danda erat in ea specie, si talis conventione à jure approbata reperiretur. Cui difficultati respondendum est asserendo, antichresin in eo textu, non in continentia, sed separatis adiectam fuisse, non simul cum ipso contraactu pignoratio; & quia antichresis per se hypotheca non est, ideo ob talem conventionem non potest dari actio hypothecaria, que tantum creditori competit, ad avocandam possessionem rei pignoratae. *I. Si ciam debitor* 66 ff. de evicti non autem ad percipiendos fructus rei pignoratae: unde ad recuperandam possessionem pro fructuum perceptione, seu ad fructus lucrando virtute antichresis, actio in factum tantum datur, ut docuerunt Cujac. *lib. 5. observ. c. 35.* Meril. *lib. 2. obs. cap. 2.* prosequuntur alia de ipsa conventione, antichresi videlicet, Mafius *dict. lib. 4. singul. opin. c. 1.* Leothardus *de usuris dict. quest. II. cum sequent. Leo Pinel. pro Academ. Liminensi, in cap. significante, hoc titulo, ex num. 93.*

## C A P U T VII.

### Idem (a) *Hugoni, & Comiti, & Marsioto, Pisaniis Canoniciis.*

**S**ignificante dilecto filio Rubeo civi Pisano, ad (b) nostram noveritis audientiam pervenisse, quod cùm domum suam cum horto, Gallicano Pisano civi pro ducentis quinquaginta duabus libris pignori obligasset, & promisisset, cautione præstâti jurementi, quod nisi domum ipsam statuto inter eos termino recolligeret, eundem creditoris ulterius super ea minimè molestaret; infra statutum tempus per certum & fidelem nuncium, prout ei videbatur, creditori mutuam pecuniam remisit, quamidem nuncius infideliter agens, sicut ei injunctum fuerat, non persolvit. Cùmque postmodum prædictus R. ab Imperatore captus, pariter & detentus, multa pericula sustinuerit, & labores, nec dicto G. satisfacere potuerit, ut debebat, nunc (per Deigratiā) libertati pristinæ restitus, paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse prorsus eam recusaret recipere, quia cīnon fuit statuto termino persoluta. Cūmigitur pactum legis (c) commissoriæ sit in (d) pignoribus improbatum, & quantum in eo fuit, prædictus Rubeus juramenti debitum adimplevit, cùm per eum, quem certum, & fidelem nuncium sperabat, pecuniam remiserit termino constituto, & ut in Imperiali fuit cautione detentus, satisfacere non potuerunt creditori: devotioni vestre præsentium auctoritate mandamus, quatenus (si præmissis veritas suffragatur) prædictum creditorem, ut forte suā contentus existat, pensionibus præfati pignoris computatis in (e) fortē, & domum ipsam, & hortum præfato Rubeo omni postposita dilatione resignet, per censuram ecclesiasticam, pacto, vel tali juramento

*juramento nequaquam obstante, admonitione præmissâ, sublato contradictionis, & ap-  
pellationis obstaculo compellatis. Datum Lateran.*

## NOTÆ.

- (a) [Dem.] Ita legitur in hac sexta collectione, & in quarta, *sub hoc ist cap. unic.* non tamen exprimitur, quibus Innocentius prescribat: ex epistolis autem editis à Sídeto, fol. 14. ita inscriptio & litterarum textus restituo. De Písana Ecclesia nonnulla notavi in capite 8. de tempor. ordin.

(b) [Nostram] Quia cùm de contractu usurario acretur, & dubitaretur an usura in eo interve-

Sed ita in præsentem assertionem pro dubitandi ratione argumentor. Unicuique licet de re cap*itul*e 34. numero 2. valeron animadvers. juris cap*itul*e 1.

(c) *Pactum legis commissorie.*] Aliqui putant Innocentius minus latine, sequuntur Interpretum barbaram locutionem, dixisse pactum legis commissorie, ut notariorum Daarenus, Concius, & Carond, relati ab Osvaldo lib. 16. Donelli, cap. 19. litera A. Cujacius in recit. ad textrum in ultim. ff. de contrah. emption. Faber de errorib. decad. 21. errore 1. & in suo Codice, tit. de pa-<sup>t</sup>pignor. diffinit. 1. Schifordig. ad Fabrum lib. 3. tract. 13. quest. 1. Sed ut idem Cujacius docuit ad titulam C. de pactis pignor. & lib. 4. seud. tit. 66. vulgaris hec locutio defendi potest ex eo, quod quemadmodum recte dicitur, pactum conditionis, in l. 1. C. de condit. indeb. l. 2. ff. de condit. ob causam. actio conditionis, in l. 3. & 4. C. de usur. conventio pactorum, in l. 1. C. de iure emphyt. ita etiam recte dicitur pactum legis commissorie. Cujacium sequuntur Gibalinus lib. 3. de usur. quest. 69. num. 6. unde non improprie pactum committendi pignoris, vel non, dixi Innocentius pactum legis commissorie.

(d) *In pignoribus improbatum.*] Nequaque referas hæc verba ad constitutionem Imperatoris Constantini in l. 2. C. de *pactis pignor.* cùm per eam pactum legis commissoria pignoris fiduciam præcipue improbetur : referenda enim sunt hæc verba ad pactum legis commissoria, cùm ita concipiebatur, ut cessante debito in solutione usque ad certum terminum, res oppignorata perfœcte penes creditorem remanceret; quod genus conventionis jam Digestorum tempore erat improbatum.

(e) *In sortem.*] Juxta adducta proximo commen-  
tariorum.

COMMENTARIUM

**E**X hac Innocentii epistola sequens deducitur disputanda assertio: *Sis i., qui sub pacto legis commissoria pignori dedit rem suam, & juravit pactioni non contravenire, & justè impeditus infra diem statutum rem oppignerat non redemerit, posse diem redimere poterit.* Probandi causa textus in ultim. C. de partit. pignor. l. 3. C. plus valere, l. 21. titul. 5. parv. s. 1. 12. tit. 15. ead. partit. Illustrant ultra congettus à Barbosa, & Garana hic. Faber de errorib. decad. 21. error. 1. cum sequens. & in suo Codice, titul. de part. pignor. Fachin, lib. 10. controv. cap. 73. Schifordeg. lib. 3. ad Fábrum, tractat. 13. quest. 1. 2. 2. & 4. Suarez de relig. tom. 2. lib. 2. cap. 26. Bronchorst. tom. 1. misel. assert. 77. Bachovius lib. 1 de pignor. cap. 15. Cajusius in l. 4. C. de pignor. & in recit. ad rectum in l. final. ff. de contrah. empion. Rodriguez de licet quidpiam vel factum non sit quod fieri debuit; vel factum est, quod fieri non debuit: inde dicunt lex commissa, id est pactum impletum, l. 4. s. eleganter, ff. de lege commissor. commissa hereditatis, apud Ciceronem i. in Verrem, quando hæreditas ablata fuit, quia quid factum non est. Similiter pactum, ut si debitum intra certum tempus non sit satisfactum, res pignorata creditoris committatur, ejusque fiat pro ipso debito; dictum pactum commissorum, seu lex commissoria, ad similitudinem emphyeusis commissæ, in l. 2. C. de jure emphye. cap. poruit, de locato, id est amissa, cum quis privatur ob non solutum canonem re in emphyeusim accepta. Itam merces commissa dictur in l. commissa 14. l. final. ff. de publicans. quando in pecuniam non soluti vectigalis fisco res acquiritur. Similiter ergo pactum in

venditione, aut pignoris constitutione adiectum, ut ex eo res uni acquiratur, & alii admittantur, dicitur lex commissoria, eo quod ob legem contractus commissum sit ab emptore, vel venditore, l. 3. & 4. C. de pact. inter. l. final. ff de lege commissor. Latius illustrant Salmasius de modo usus cap. 14. Donellus lib. 16. commentariorum, capite 19. ubi Osvaldus littera F. Vela disert. 97. Carballo in capite Raynatus, 2. part. numero 228. Faber de error. decad. 45. errore 8. & decad. 95. errore 3. Antonius Gomez tom. 2. var. capite 2. num. 10. ubi plures Aylton. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 123. num. 2. Vela disert. 30. num. 53.

**6.** Pactum hoc legis commissoria in pignoribus variis modis concipi potest: vel cum inter contrahentes convenit, ut si intra praescriptum tempus pecunia non solvatur, res pignori data fiat creditoris, vel ut non licet amplius eam luere: vel ut creditor rem pignori obligatam, emptam, vel in solutum pro debito retineat, aut in jus debitoris propter eius moram succedit creditor, quodammodo pignus distrahit. Denique quoties id agitur, nisi intra certum tempus pecuniam debitor solvat, creditor pro pecunia mutuò data rei dominium acquirat, ut exponunt Negusantes de pignor. p. 4. in princip. Cujacius in capite 9. de jurejur. Rodriguez de annuis reddit. lib. 2. quest. 2. num. 24. Mantica de tacito lib. 4. tit. 29. num. 6. Baldinus de pign. cap. 17. Donellus eod. tract. cap. 11. Argenterius ad consuet. Britannus artic. 266. cap. 1. num. 2. Covar. lib. 3. var. cap. 2. num. 7. Connanus lib. 10. comment. cap. 8. num. 8. Fachineus lib. 10. controv. cap. 24. qui inde exponunt legem Calippo. 5. ff. de solutionibus. Sed circa conventionem improbatam a Constantino in dict. l. ultima. C. de pact. pignor. seu ut vulgo Rither. a Constantio, & ab Innocentio III. hic non consentient Interpretes. Aliqui existimarent, Constantinum eam conventionem improbaisse, qua' cautum erat inter contrahentes, ut nisi ad certum tempus pecunia credita solveretur, creditor pignus plenè acquireret, arque illud in commissum cadet: ita omnes fieri repetentes in dict. l. ultima, Donellus ibi, Fachineus lib. 10. controv. cap. 74. Valla de rebus dubiis tract. II. num. 15. Mafius lib. 3. singul. opin. cap. 4. Connanus l. b. 4. comment. capite 8. num. 8. Covar. lib. 3. var. c. 2. n. 7. Pinel in l. 2. C. de rescind. 2. p. c. 1. num. 26. Gaitus de creditu cap. 4. quest. II. anum. 1107. Mantica de tacito lib. II. tit. 9. num. 3. Hermosilla in l. 41. tit. 5. partit. 5. glof. 1. num. 6. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 123. Lareca decis. 16. num. 34. Marendo lib. 1. controv. cap. 3. Hunnius ad Trent. volum. 2. diffutat. 2. quest. 39. Rither. in dict. l. final. Molina de iustitia disput. 324. Caldas in l. 1. curatorem, verbo sua facilitate. Sed hec sententia refellitur primò ex dict. l. final. in illis verbis: Creditores re amissa, subemus recipere quod dede- runt. In quibus supponitur jam pignoris dominium queatum esse creditori, siquidem rem tantum is dicitur amittere, qui ejus dominium ha- buit, l. non videntur 83. ff. de reg. jur. notavit Cujacius in dict. l. final. ergo non potest accipi Constantinus de simplici pignore conventionali, cuius dominium penes debitorem remanet. Quā difficultate oppressus Leothardus de usuris dict. quest. 69. num. 17. existimavit in eo texto pro illis verbis, re amissa, reponendum esse, re di-

misā. Secundò refellitur ex eo; nam constitutiōnem illam novam esse, juncta nova rubri- cā de lege commissoria in pignoribus refindenda, omnes agnoventur, & facile suaderūt ex illis verbis, iacet infirmari; & ibi, Hac autoritate. In quibus jus novum veteribus incognitum proferatur. Pinellus in rubricā de rescind. 2. p. cap. 1. num. 27. Concius lib. 2. succēs. cap. 20. num. 2. licet Baldinus de pignor. cap. 17. Donellus in dict. l. ultim. putent, iam prisco iure disdiscuisse hujusmodi pactum, duntaxatque a Constantino posnam adjectam esse; quorum sententia facile refellitur ex Cicerone epist. 13. famili. prout expendit Verrucius de v. s. verbo Commisiā: eti ad minus dicat, iure Digestorum improbatam esse illam conventionem, ut ad diem statutum per- cunia non soluta pignus committeretur, & cre- ditori acquireteret, l. si fundis 16. § ultim ff de pignor. ubi ita demum hec conventio admitti- tur, si justo pretio pignus astinetur, ut nota- rum pro ejus explicazione Arias à Melo libro 1. var. cap. 37. num. 18. Osvaldus lib. 12. Donel. cap. 1. littera O. Igitur si nunquam fuit permis- sa illa conventio, ut res pignori data, non so- lutā pecunia pro debito cederet, superflua erat illa constitutio. Salmasius de modo uirarum cap. 14. conventionem hanc legis commissoria in pignoribus alter accipit, & contendit legem commissoriam pignorum fuisse cautionem, vel pactionem, quā debitor creditori cavebat, ut si pecuniam statutā die non solvisset, pignus com- mitteretur, id est possessione, & dominio hypothecae cederet, non ut pleno iure pignus acqui- reretur creditori, & jus dominii ipse in eo habe- ret; sed ut pleno iure sine ulla dimissione illud proscribere, & distrahere posset, arque ita per hanc conventionem commissoriam auferre- bat posse, aut dominium a debitori, quod in creditorem transibat. Docet ergo Salmasius, per legem commissoriam pignoris dominium ex titulo venditionis, aut dacionis in solutum, in creditore non transisse, sed tantum jus ven- dendi & distrahendi illud: quae sententia probatur ex l. 1. C. de pactis pignor. in illis verbis: Qui pactus est, nisi intra certum tempus pecuniam, quam mutuam accepit, solveret, cessum creditoribus hypotheca, venditionem non contraxit: sed id comprehendit, quod creditor in adipiscendo pignore habiturus erat. Communī itaq. iure creditor hypothecam vendere debet. Quae ita legit, & emendat Salmasius: Qui pactus est, nisi intra certum tempus pecuniam, quam mutuam accepit solveret, cessum se creditoribus hypotheca, venditionem non contra- xit, sed id comprehendit, quod iure suo creditor in adipiscendo pignore habitur erat; aut melius, cessum se creditori iure hypothecae venditionem non contraxit. Quā doctrinā suppositā existimat Salmasius Constantinum in dict. l. ultim. C. de pact. pignor. non agere de lege commissoria in pignoribus adjecta, sed in venditione, ut liquet ex illis verbis: subemus recipere premium, quod dederunt; premium enim propriè emptionis est, non contractus pignoris. Accedit, quod in ipsa constitutione, quae extat in C. Theodos. deest vox pignorum, immò in eo Codice illa compilatur post titulum de contrahend. emptione. Quae omnia evincunt non agere Imperatorem de lege commissoria in pignoribus, sed in venditionibus adjecta. Verum & hac Salmasii sententia con- vincitur primò, quia absque lege commissoria, ut

ut eam concipit Salmasius, possessio pignoris transfertur in creditorem, per ejus constitutio-  
nem, & traditionem: igitur non erat necessaria  
ea conventio, ut non soluta pecunia statuo tem-  
pore, possessionem debitor amitteret. Secundum,  
nam celare debitore in solutione, jure commu-  
ni post triannal denunciationem licet creditori  
pignus vendere. Paulus lib. 2. sentent. tit. 5. §.  
item creditor, In istis quibus alienare, l. si conve-  
nuat, l. eleganter, § si vendiderit, ff. de pignor.  
act. l. si testamento 89. §. quatuor, ff. de legat. 2.  
l. qui a creditore 18. C. de distract. pignor. Illustrant  
Amaya in l. 3. C. de jure fisci, num. 2. Connarus  
lib. 4. comment cap. 18. Gaius de credito, cap. 4.  
quest. 8. Arias à Mels lib. 1. var. cap. 25. Mer-  
linus de pignor. lib. 4. tit. 3. quest. 95. Igitur ad  
quid erat necessaria tantum accuratea conventio ut  
post moram debitorum licet creditori pignus  
vendere? Nec etiam verum est, Constanti-  
num agere de lege commissoria in pignoribus;  
nam potius de pignoribus agere, patet ex syno-  
phi Basilic. libro 23. tit. 17. capite 10. & ex  
summario his verbis relato ab Harmenopulo  
libro 3. promptuariori, tit. 5. ibi: Si quis ita pa-  
ctu fuerit, ut nisi ad diem praestantam soluta esset  
pecunia, rei oppignorata dominus fieret, ejusmodi  
pactum invalidum est. In ipsis basilicis ex versio-  
ne Fabritii legitur: Si creditor pactus fuerit, ut si  
ad diem pecunia solutanon sit, pignus ei acquiratur,  
pactum iustum, & ratum non est. Unde nescio,  
quomodo vox pignoris toties repentina expungi  
potest, & ad venditionem referri.

Tandem alii plures perdocti viri, & mihi  
magna auctoritas, legem commissoriariam in  
pignoribus referunt ad fiduciariam, non ad pignus:  
led tantum ad fiduciariam conventionem, & si-  
malem fiduciae legem, Imperatorem Constanti-  
num in act. l. final. referunt. Ita docuerunt Faber  
decad. 21. error. 1. num. 10. & 15. Schifordeg.  
lib. 3. tract. 13. quest. 2. Cujacius ad titulum C.  
de pacti pignor. D. Nicolaus de Castro in princip.  
In istis de exceptione & vendit. num. 3. Leothardus  
de usq. 69. Gibalinus dict. artic. 13. D.  
Josephus de Retes lib. 1. opuscul. cap. 21. Vale-  
ron animadv. cap. 1. num. 19. Gothofredus in l.  
unc. C. Theodos. de commissoria rescind. quorum  
sententiam ut facilius percipiamus, sciendum  
est, olim pignus dupliciter contrahi; vel sim-  
plificer, vel sub fiducia: inter utrumque magna  
versatur differentia, ut agnovit D. Isidorus lib. 5.  
eymol. cap. 21. ibi: Pignus est, quod propter rem  
debitam obligatur, cuius rei possessionem solam ad  
tempus consequitur creditor; ceterum dominium  
penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua su-  
menda pecunie gratia, vel mancipatur, vel in jure  
cedatur. Simpliciter pignus constituebatur, cum pro  
secutaria pecunia mutuò accepte res aliqua pignori  
tradiebatur, ut probavi in cap. 1. hoc cu.  
sub fiducia pignus contrahebatur, cum quis pro  
certa pecunia rem suam mancipabat credi-  
tori, vel in jure cedebat ea lege, ut soluta intra  
statuum tempus pecunia, ei res manciparetur;  
non soluta, pleno jure creditori committeretur.  
Eius fiduciae mentio fit apud Paulum lib. 1. sen-  
tent. tit. 9. §. final. ibi: Pignorum & fiducia-  
rum. Et lib. 2. tit. 13. §. si quis supponit pignori,  
vel fiducie. & lib. 3. tit. 6. §. rem legatam pignori,  
vel fiducie: & lib. 5. tit. 26. §. final. ibi: Fiduciam  
vero, & pignora: & l. 9. C. Theodos. de infirmand.  
qua sub iyan. & apud Modestinum in collat. te-

gum Mosiac. titul. de deposit. & in l. legat. 9. §.  
final ff. de jupellec. legat. quam de pignore fidu-  
ciario accipit post Cujacium lib. 7. respons. Papin.  
ibi, & ad titulum C. de p. t. pign. D. Josephus de  
Retes lib. 1. opuscul. c 21. n. 2. quamvis dissentiat  
Valeron dict. cap. 1. num. 8. ejus etiam pignoris  
vestigia extant in l. 1. §. Divisi ares, ff. de que-  
stionibus, licet eam legem aliter explicit Valen-  
tia lib. 3. tract. 1. cap. 1. num. 24. & mendosam  
dicat Muretus in obs. juris, cap. 3. & in l. res obli-  
gata 21. C. de pign. in libro 3. legum Longobarda  
tit. 15. apud D. Ambrosium lib. de Tobia, cap. 12.  
ibi: Hypothecas flagitat, pignus usurpat, fiducias  
vocat. Tertul. de idololatr. cap. 23. Pecuniam de  
ethnicis mutuantes sub pignoribus fiduciariis jurati  
ravent, & sic negant. Sidonium lib. 4. epistol. 24.  
Pecuniam mutuam postulavit, impetravitque, nihil  
quidem loco fiducie, pignorisq. vel argenti sequen-  
trans, vel obligans prediorum. Ciceronem in  
oratione pro Flacco: Hanc fiduciariam commissiam  
tibi res hodie arg. possides Boetium lib. 4. in topi-  
cus, fiduciariam accepisse dicitur cucunque aliqua  
res ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando  
remaneat. Fiducia ergo in pignore nihil  
aliud erat, quam pignus, aut hypotheca, adje-  
cta mancipatione, aut in jure cessione: unde non  
recte Hothomanus ad titulum de pignor. existima-  
vit, fiduciariam propriè pignus non esse. Differt  
vero fiducia a pignore in eo, quia pignoris do-  
minium non transfertur in creditorem, l. cum  
C. foris 35. §. ultim. ff. de pignor. act. l. 1. & 2. de  
distract. pignor. l. certe 6. §. final. de precario,  
l. 33. §. 6. de usucap. l. 73. §. eos verò, de legat. 3.  
l. 9. de pign. act. l. si dominium 9. l. cum dominium  
13. C. hoc titul. fiducia verò dominium trans-  
fertur. Paulus dict. libro 2. titul. 13. §. 3. id  
supponit, dum air debitorem creditori fiduciariam  
vendere non posse, quia ut exponit Cujacius  
ibi, jam creditori satis per mancipacionem, seu  
in jure cessionem acquifita est. Dicebatur autem  
contra dictum hic fiducia, quia sub ea fiducia re-  
mancipabatur, ut soluto pretio statuto, iterum  
res debitorum manciparetur: ut etiam fiducia di-  
citur cum quis dubium tempus timens, & sibi,  
suisque proficiens, rem aliquam amico suo ea  
lege dimitebat, ut transacto eo tempore sibi,  
suisve redderetur. Boetius ubi proxime. Inde ille,  
qui pater filium fiduciariam contractam mancipabat,  
fiduciarius dicebatur, l. 2. §. objicitur, ff. ad Ter-  
tul. §. præterea. In istis quibus modis ius patria po-  
testatis: & ille, cuius fidei committitur, ut ha-  
reditatem restringat, dieiū hæres fiduciarius,  
l. Sejus 46. & 67. ff. ad Trebel. & ipsa hæreditas  
fiduciaria, l. certi §. competit, ff. si certum petar.  
Prosequuntur fiduciae species, & solennitates  
Rewardus de auctorit. prud. cap. 5. Corrasius lib. 6.  
misel capite 9. Alciatus libro 3. cap. 26. parerg.  
Pancirola libro 3. var. capite 21. Retes libro 1.  
opus. capite 21. Valeron dict. capite 1. Giba-  
linus dict. capite 7. artic. 1. Masius singul. libro 3.  
cap. 2.

His suppositis existimant Faber, Schifordeg.  
& ali supra laudati, Constantium in dicta legi  
ultima fustulisse pactum legis commissoria in interpre-  
tatione pignoribus fiduciariis, cum fiducia intervenerat, ratio.  
ita ut statuto die debitor solvere pecuniam,  
teneretur creditor iterum mancipare, eo autem  
in solutione cessante, amplius iurio non dare-  
tur, sed res perfecte, & irrevocabiliter penes  
credитorem remaneret. Rationes autem hujus  
constitu-

constitutionis, & improbationis similis pacti, nonnullas incongruas assignarunt ipsi Faber *de cad. 21. error. 2. num. 4. & error. 8. numero 6.* Schifordeg. *dicit. tract. 13. quæst. 2.* Rationem petunt hujus abrogationis ex impossibilitate rei, & contrarietate, seu contradictione ipsius conventionis, quod scilicet fieri non possit, ut in eundem casum, idemque tempus, & pignus contractum, & venditio pignoris facta videatur; quod fieri nequit, quia eodem tempore rei oppignerat dominium simul acquireretur creditori per venditionem, & simul non acquiretur. Sed haec ratio falsa est, nam venditio, quam una cum pignore concurrere ait Faber, non tempus praefens respicit, sed futurum; mancipatur enim pignus, sed non in perpetuum, nec irrevocabiliter, sed si statuto die soluta non sit pecunia; tunc enim ex solutione, vel cessione in ea, cognoscitur an pignus fuerit, si iterum remancipetur res debitori; vel dominium translatum, si non remancipetur, sed penes creditorem remaneat. Quare conventio, que ejusmodi venditionem, & oppignerationem simul complectitur, nec seipsam destruit, nec impliat contradictionem, nec creditor fit eodem tempore dominus irrevocabilis, & non dominus. Nec felicius Hothomanus *de verbis juris*, verbo *Lex commissoria*, rationem prohibitionis ex eo reddit, ne quod Principis auctoritate fieri debet, *ex l. 1. C. de jure dominii imper. privatorum* passionibus permittatur: cui consentire videntur *Rewardus de auctorit. prud. cap. 5.* Schifordeg. *dicit. tract. 13. quæst. 2.* dum existimant, adhuc fiduciæ contractâ necessarium esse creditori impetrare dominium à Principe, *ex l. magis 5. §. 3. ff. de rebus eorum*, *l. final. C. si n. causam judic.* Sed omisso alio misero lapsu ipsius Hothomani, dum ibi refert legem commissoriam inter leges populi Romani, quem jam notarunt Cujacius *lib. 15. obser. cap. 16.* & *in recit. ad dict. l. ultim. ff. de contrah. emptione*, Faber *de cad. 21. error. 1. num. 13.* & ipse agnovit *lib. 12. obser. capite 29.* dicendum est, proprium esse mancipationis, vel cessionis in jure dominium transferre; unde tunc non ex privatorum voluntate tantum, sed ex solenni actu dominium queritur; ideo tunc superflua est dominii impreatio ab Imperatore, ex vulgari principio legis unica, *C. de iheros. lib. 10.*

**10.**  
*Traditio  
vera ratio  
praefentis  
prohibiti-  
onis.*  
Igitur omnibus his omissis praesentis prohibitionsi pacti legis commissoriae in pignoribus ratio duplex est. Prima ut creditorum avaritia cohibetur, & captionibus succurratur. Hec enim conventio juxta formam supradictam scenerioribus maximam dolii, & fraudis materiam praebat; debitores enim pecunia necessitate coacti, nec hanc, nec aliam: quamlibet passionem recusare solent, dum sperant se pignus intra tempus præfinitum luere posse; unde patrum sua intereste putant pluris, aut minoris pignus esse, ut notarum Caldas *in l. si curatorem. verbo Sua facilitate*, *num. 101.* Donellus *in dict. l. ultima*, *num. 4.* & *de pignor. cap. 11.* Cujacius *ad titulum de pactis pignor. in fine.* In qua tamen re, ut spes hominum fallax est, qui de rebus suis plusquam in eis est, confidunt, ut ajebat Gajus *in l. in fraudem 10. ff. qui & à quibus, & testatur Ovidius* dum ait:

*Fallitur auctilio spes bona sape suo.  
Debitores siquissime falli necesse fuit, & pigno-*

ra quantumvis pretiosa pleno jure creditoribus committi. Unde obiter notandus venit Faber *dum in dict. decad. 21. error 1. num. 19 & error 6.* docet passionem hanc legis commissoriae non fuisse odiosam debitoribus, sed potius favorabilem, cum eis soluta pecunia statuto die res ipsiæ erat remancipanda a creditori. Nam hoc procedit solvente suo die debitore, sed si cessaverit, nonne pro modica pecunia creditor rem pretiosam pignori datam affequitur? Secunda ratio praesentis improbationis provenit ex eo, quia ex hoc pacto pravitas usuraria insurget, cum creditor lucretur ultra fortem aliquid pecunia æstimabile; atque ita, tanquam usuraria conventio improbatur à Constantino *in d. l. unis.* & ab Innocentio III. in praesenti: docuerunt Cujacius & Donellus *in dict. l. unic.* Covar. *libro 3. var. capite 2. num. 8.* Facheineus *lib. 10. controv. capite 73.* Caldas *ubi proxime*, *num. 101.* Molina *de iustitia disput.* *324. num. 2.* Cyriacus *tom. 2. controv. cap. 393. num. 10.* Leothardus *de usur. dict. quæst. 49.* unde nec consuetudine, aut statuto posse talium conventionem confirmari, resolvit Argentreus *in consuet. Bruan. artic. 266. num. 6.* An etiam tale pactum repugnet juri naturali, aut divino, post alias latè disputat Gibalinus *dict. artic. 13. consuet. 4. num. 23.*

Nec obstat dubitandi ratio supradicta; nam licet pacta contrahentium servanda sint, *Diffoluti- tur dubi- tandi ra-* quia ipsa sunt leges, & partes contractus; tamen id procedit cum pacta sunt juri confonit, *io.* non vero contraria, *l. juris 7. §. att. Prator. ff. ae pñt.* ut est praesens conventio, que ideo jure improbatur, quia non liberè, sed adactus rei familiaris inopia ita pactus censeretur debitor; & eadem inopia facit plerunque, ut ad diem statutam pecuniam solvere non possit. Consideratur etiam improba luci captatio, & praefumptus creditoris dolus; ideoque talis conventio improbatur. Nec obstat primum augmentum ipsius difficultatis, pro cuius solutione in dubium vocatur, utrum Constantinus *in dict. l. finali*, non solum legem commissoriam in pignoribus, verum etiam & in venditionibus improbabet? Et Hothomanus *de verbis juris*, verbo *Lex commissoria*, Concilius *lib. 2. succes. cap. 20.* Gitanus *ad titul. C. de pact. pign. pag. 326.* putant Constantinus generaliter pactum legis commissoriae improbatum, cum indefinitè loquatur in ea lege, prout jacet in Codice Theodosiano, sub titulo *de lege commiss. rescind.* Sed proflus verius est, legem commissoriam tantum in pignoribus esse abolitam: nec credi potest, ut ait Donellus ibi, similem conventionem in venditionibus improbase. Nec interest quod Constantinus indefinitè loquatur in eadem lege prout jacet in Codice Theodosiano: nam ut supradictum ex Harmenopulo, & synopsi Basilic. retulit, Imperator specialiter agebat de pignoribus, & ideo expendit acerbitudinem creditorum, nullâ venditionis facta mentione; nec talis acerbitas in venditione datur: unde dicendum est legem commissoriam in venditionibus, prout eam retulimus in *cap. illo vos, hoc tit. improbatum non esse*, ut defendunt Covar. *lib. 3. var. cap. 8. num. 1.* Gomez *lib. 2. var. capite 2. num. 30.* Molina *de iustitia tract. 2. disput. 378.* Mantica *de tacitis lib. 4. tit. 29.* Donellus *lib. 16. capite 19.* Leothardus *dict. question. 69. num. 34.* Gibalinus *dict. consuetar. 4.* Differentia autem rationes

rationes inter utramque legem commissoriam praecipue duas sunt. Prima, quia lex commissoria in pignoribus dominium à debitore invito auferit, & in creditorem transfert: lex vero commissoria in venditione dominium venditori conservat. Secunda est, quia lex hæc rem venditori suo adjicit iusto pretio, ut proinde nulla fraus existat emproptis, vel venditoris, si ob non solutum pretium respendatur; quod secus est in pignore, cùm plerisque pro pauca pecunia mutuata creditori addicatur; qui enim pecunie inopiam premitur, facile quamlibet legem à creditore sibi dici patitur, & cuilibet pactio consentit, ob spem futuræ solutionis. Quia ratio cessat, cùm emptio, & venditio resolvitur, & res fit inempta, ut docet Larrea dicit. 16. num. 34. Nec differentiam hanc evertit texsus in 1. *Æmilius* 38. vers. *Quia tamen fide minor*, ubi Paulus referit legem commissoriam in venditione Imperatori Antonino dispuisse, non alia ratione, quâm quia odiosa hac pactio videretur; atque propter hanc conventionem venditio alia legitime contracta irritatur. Nam omisita sententia Fabri decad. 21. error. 6. qui contendit legem commissorianam olim odiosam fuisse in venditione, non verò in pignore, dicendum est, Imperatori Antonino generaliter legem commissorianam non dispuisse in venditione, sed tantum in specie à Paulo ibi relata, propter avaritiam videlicet, cùm convenit, ut soluta parte pretii, si intra duos, vel tres menses reliqua pars non numeretur, fundus sit inemptus, ut in 1. 4. §. 1. 6. in princip. ff. de lege commissor. quia hoc casu cùm emptor, qui reliquum pretii statuto di non solvit, amittat id quod dedit, & venditor lucrifaciatur, ultraquæ ratio suaderet legem commissorianam in pignoribus esse improbandam. Concurere etiam videtur in presenti venditione; nam sicut iniquum est, ut non soluta statuto die pecunia debitor pignus magni valoris amittat; ita etiam non minus iniquum est, ut emptor, qui forte ob caufam aliquam integrè solvere non potuit, ob non solutum reliquum pretii amittat id, quod dedit in partem pretii. Praeterea, ut usura est ob non solutam sua die pecuniam creditorum id lucrifaciare, quod plus est in pignore; ita prorsus usura est venditorem ob non solutam sua die reliquam pretii partem, id quod numeratum est, capere, & retinere. Unde merito ea conventio dispuic Imperatori Antonino in dict. 1. *Æmilius*, nisi in eo casu aliquid fortè arrhes nomine datum fuit, vel compensatio fiat cum fructibus, quos interim emptor suis facit, ut docetur in d. 1. 4. §. 1. vel alio modo venditoris interficit. Prosequuntur ipsius texsus expositionem Eguinarius Varo, Faber, & Cujacius ibi, Duarenus ad titulum C. si ad: ex his venditionem pignor. columna. 2. & 3. Donellus lib. 24. comment. cap. 7. ubi Oſualdus litteras H. Caldas in dict. 1. si curarorem, num. 49. Leo Pinellus in presenti.

Nec obstar secundum augmentum ipsius difficultatis, pro cuius solutione examinandum venit, utrum convention illa, ut si intra statutum tempus pecunia non solvatur, pignus ex causa soluti retineatur pro quantitate debita, licita sit: Et in jure admitti docuerunt Decius consil. 12. & 308. Paribus libro 2. consil. 81. Menochius consil. III. numero 23. Hondedeus lib. 1. consil. 21. numero 32. Sed contra sententia prior est, facileque probatur ex 1. 1. C. de pactis pignor. l. D. D. Gonzal. in *Decretal.* Tom. III. Pars I.

quamvis 45. ff. de solut. ex eo, quia talis conventione & qualibet captionem, ac alperitatem habet ac lex commissoria, cùm vis & porefas utriusque pacti eo recidat, ut creditor pro debito ad diem non soluto consequatur dominium pignoris; & si hæc pactio titulo in solutum admittetur, facile Constantini prohibitio elidi posset; quod admittendum non est, l. ultim. C. mandati: & omne quod in fraudem legis fit, nullius est roboris & momenti, l. si libertus, in princip. ff. de jure patron. l. hoc modo, ff. de condit. & demonstr. latè probans Rodriguez de an nis reddit. q. 2. numero 24. Mudeus ad titul. de lege commissoria, numero 2. Leothardus ubi supra, qu. ff. 10. numero 17. qui numeris sequentibus satisfacit fundamentis contrariae sententia. Et predicta difficultati dicendum est, quod quoties non designato iusto pretio postea estimando pacatum opponitur, capiendum esse, ut usurariam intelligi, cùm evenire possit, utrem eximiū pretii pro exiguo debito lucretur; ut docut Bachovius lib. 1. de pignor. capite 15. numero 7. quod & ante Constantium statutum fuisse, conflat ex dict. l. si fundus 16. §. finali, & docent Accurcius ibi, Donellus in l. final. C. de pactis pignor. numero 4. l. Mister. de leg. commiss. quest 6. Ne-  
gunt, de pignor. 4. p. princip. numero 2. Sed cùm pretio iusto postea designando pacatum adiicitur, justè interponitur. Nec etiam obstar textus in dict. l. si fundus 16. §. ultim. ff. de pignor. nam licet lex commissoria effet improbata jure Digestorum, eo casu, quo pro debito pignus creditoris committitur, tamen propter iusti pretii interventionem convalescit, ut docut Accurcius ibi, cui consentiunt Covar, dicto cap. 2. numero 7. Morla in empor. p. 1. tit. 9. quæst. 9. à numero 16. Gutierrez de jurament. 2. p. cap. 33. numero 4. Mantica d. lib. II. tit. 10. num. 29. Quæ sententia probatur jure nostro Regio ex 1. 4. 11. 5. par. 5. & int. 12. tit. 13. ead. par. 5. Nec eo casu dari propriæ pacatum legis commissoria probabant Baldus in l. numero 2. C. de distract. pignor. Hothomanus lib. 2. epiz. titul. 1. num. 9. & in l. ultim. C. de distract. pignor. ubi Gifanius pag. 401. Nec audiendus est Faber ubi supra, qui totum versiculum illum Triboniani esse affirmavit, etiæ texsus alter accipiant Cujacius in l. 2. §. 1. de contrab. emption. Oſualdus ib. 13. cap. 1. litt. O. Maisius lib. 3. singul. opin. cap. 9. 10. & 12. Nec obstar ultimum difficultatis augmentum; licet enim plures docuerint legem commissorianam in pignoribus jurejurando firmari, quos referunt & sequuntur Tiraquellus de retract. convent. in fine, numero 21. Seraphinus de privileg. juram. cap. 131. numero 13. Menchaca de success. lib. 5. §. 18. numero 47. Fachim. libro 10. convov. cap. 13. Hondedeus consil. 31. numero 56. verior sententia est, conventionem hanc jurejurando non confirmari. Quamvis enim juramentum huic pacto adiectum, nisi remittatur, servandum sit, cùm sine detimento salutis æternæ servari possit, non tamen ea vis juramenti est, ut pactum improbum, & à jure damnatum confirmare valeat, licet ad evitandam perjurii exceptionem si necessaria ab solutio, & proinde poterit debitor petere, ut jurejurando solvatur, vel si illud servaverit, non possit repeterere, ut de promissione usurarum jure, probavi in cap. 1. cap. debito, de jurejur. ita docuerunt Covar. in dict. capite

## In Librum III, Decretalium,

quamvis, 2. part. §. 3. de paſt. lib. 6. Gutierrez de juram. confirm. p. 1. cap. 33. num. 2. Morla in empor. p. 1. tit. 9. quæſt. 14. Gaitus de credito p. 4. quæſt. 49. num. 1112. Merenda lib. 1. controv. cap. 3. num. 4. Cyriacus, & Leothardus de usūris quæſt. 70. numero 28. Nec obſit, quod dicebamus jura-mentum in praſenti ſpecie ſervari poſte fine diſpendio ſalutis aeterna, & per confequens pactum legiſ commiſſoriorū jurejurando conſirmari; quia licet jure hoc attento, cum quaeritur, an jura-mentum ſervari debeat, tantum attendatur, an fine diſpendio ſalutis aeterna ſervari poſſit neceſſe, recte tamen Interpretes obſervant, non ean-dem ſemper, & in omnibus, & ubique jurisju-randi viam eſe. Aliquando enim accidit, ut con-venio nlioquin nulla, & illegitima jurejurando conſimmetur, ut ſunt conventiones omnes, qua contra prohi-bitiones Vellejani, legis Juliae, & ſimiles factae ſunt, quas ob auctoritatem jurisju-randi jus Pontificium tuetur. Aliquando vero ad id tantum prodeſt jura-mentum, ut perjurii excep-tionem inducat, non etiam ut contractum ſuſtineat odiofum, & alegibus prohibi-um, ut exponit Faber dicit. decad. 21. error. 8. numero 2. Hujus generis ſunt conventiones illæ, quæ odio creditoris improban-tur, & qua rem ex le nefari-um, & illicitam continent, ut eſt promiſſio uſurarum, quæ ueritatem non conſi-matur, quamvis juſjurandum ſervandum ſit, & relaxatio petenda, dicit. capite debitores, de jurejurando. Eiusmodi etiam eſt pactum legiſ commiſſoriorū in pignoribus, quod non ſolum legibus prohibi-etur, verum & ſuā natūra nefarium eſt, & fraudibus plenum, ut probat Baëza de impe-re cap. 6. numero 9. unde ſimilis conventione jure-jurando firmari non potest, ut latius prosequun-tur Leothardus dicit. quæſt. 70. Leo Pinel. in preſen-ti exxam. 58.

**12.** Exponitur textus in l. ſi T. tit. 34. ff. depi-gno. Sed ſuprā traditi obſtat textus in l. Titius 34. ff. de pignor. in illis verbiſ: Ut ſundum certo preio empium haberet. Ex quibus deducitur, licitam eſt illam conventionem, ut pignus pro debito com-mittatur, pecunia non ſoluta ſuo tempore. Pro cuius textus ſolutione ſciendum eſt, nonnullos Interpretes afferuisse, praefente prohibitionem locum non habere, ſi pactum legiſ commiſſoriorū ex intervallo adjicetur, cum nullā neceſſitate pecuniae premiatur debitor: ita docuerunt Bartolus, & Baldus, Negusantius, & alii, quos refert & ſequitur Mantica de tacitis covent. libro II. titul. 10 numero 2. Sed contraria ſententiam, videlicet nihil interesse, an pactum legiſ commiſſoriorū in pignoribus adjicatur ex intervallo, vel in con-tinenti, docuerunt Caldas de emption. cap. II. nu-mero 19. Faber decad. 21. error. 2. Covar. lib. 3. var. capite 2. numero 8. Mudeus de pignor. titul. de lege commiſſ. num. 22. Leothardus de uſur. quæſt. 70. num. 2. & meritò, cum eadem ratio asperita-tis, & fraudis deprehendatur in hac conventione, ſive ab initio, ſive ex intervallo apponatur; & debitor, qui ad ſolutionem pecuniae credita-ja urgetur, improbam hanc legem ſubire aequaliter cogatur. Nec contrarium probatur in aut. I. Titius 34. nam ibi non agitur de pacto legiſ commiſſoriorū, ſed de pura, & praefenti datione in ſolutum, ſive venditione cum certo preio facta, quæ prouisus admittitur, i. 1. ff. de diſtract. pign. l. 1. cum dominam 13. C. de pignor. Quo mo-do etiam accipiens eſt textus in l. quamvis, ff. de-

ſolur, quo modo textus illos exponunt Balduinus de pignor, capite 17. Pinellus in rubric. C. de reſind. 2. part. capite 1. numero 29 Rodriguez de annuis reddit. questione 2 numero 27. Leothardus dicit. quæſt. 70. numero 3. Arias de Mesa libro I. var. capite 37. Leo Pinellus in preſen-ti num. 5.

Secundo obſtar textus in l. ultima, ff. de con-trah. emption, ubi approbat pactum illud, quo <sup>Exponitur</sup> <sup>l. ult. ff. de</sup> cavitur, ut debitore ſua die pecuniam non ſolven-<sup>contrah.</sup> te, plus empum ceneatur. Igitur quia pactum <sup>empum.</sup> <sup>l. ult. ff. de</sup> legis commiſſoriorū omnino non improbat in pignoribus. Pro cujus textus expoſitione ſciendum eſt, controverſum eſt, an ſi lex commiſſoria non adjicuit ipſi rei pignorata, ſed alii, pactum ea cauſa defendantur? Et plures ex antiquo-ribus, quos refert Mantica aut. titul. 10 num. 12. exiſtimarunt ceflare praefentem prohibitionem, ſi res, de qua agitur, non ſi pignori obligata. Sed contraria ſententiam meritò docuerunt Covar. dicit. capite 2. numero 8. Caldas ubi ſuprā, numero 101. Rodriguez dicit. quæſt. 2. numero 30. dicit. quæſt. 70. numero 8. nam ratio praefenti prohibitionis, videlicet ut coercetur asperitas creditorum, aequaliter procedit cum res, quæ legi commiſſoriorū ſubjicitur, pignori, vel hypothecā data eſt, ac cum pignori non datu. Nec contrarium probatur in dicit. l. ultima ff. de con-trah. emption, nam in eo textu non quaeratur ab Scavola, an conventione illa ſubſtitueret ex eo, quod praedia eſſent, vel non eſſent obligata fideiuiſſori ei o tempore, quo fideiuiſſit, & conventione ce-berata fuīt, ac per confequens parum favet con-trariae opinioni; tantum enim ibi doceatur, quod licet fideiuiſſori minimè liberum ſit emere pigno-ra debitoris pro quo fideiuiſſit, ex l. ſi mandato 59. §. 1. ff. mandati, l. Paulus, ff. de fideiuiſſ. l. 1. C. de dole; virtute tamen conventionis, ut fideiuiſſor praedia pignori data empta habet, poſſe fideiuiſſorem ſolventem pro reo principali, ex cauſa emptionis praedia illa retinere; quo cauſa cefſat ratio praefenti prohibitionis, cum creditori ultra forteſt principale nihil recipiat, fi-deiuiſſor vero ex juris communis regulis, poſtquam pro reo principali ſolvit, poſſit ad emptionem prae-diorum agere, l. 2. ff. de diſtract. pignor. Eo tamen cauſu luendi facultatem debitoris com-pete-re, ex dicit. l. 59. §. 1 ff. mandati, l. 1. C. de do-lo, recte notavit Leothardus dicit. quæſt. 70. num. 12. qui prosequitur latius ipsius textus expoſitione poſt Cujacium ibi, & Leonem Pinellum in preſen-ti.

Tertiō ſuprā traditi obſtar textus in l. ultim. C. de diſtract. pignor. ubi cum quaeretur, an ſi creditor plus ex venditione pignoris redigeret <sup>Exponitur</sup> <sup>l. ult. C. de</sup> quām ei debetur, & ex eo fundum emere, an diſtract. pignor. poſſit debitor in rem agere? Respondeſt Imperator, in perſonam tantum, id est pignorati-um actionem ei de ſuperfluo competere, niſi aliud ſpecialiter conventionem fit. Igitur ſpeciali-ty poſto caveri poſteſt, ut ultra forteſt prin-cipale quod ſuperēt, lucro creditoris cedat, & per confequens pactum legiſ commiſſoriorū, ut uſurarium non improbat. Cui diſſi-ſati respondendum eſt, verba illa, Si non ſpecialiter conventionem fit, non eſſe accipienda de ea conventione, ut quod ex venditione pignoris redigeret creditor, id ſibi totum habet, ut vo-luit Cujacius; ſed de pacto, ut ſi quid ex ſuperfluo pignoris

pignoribus creditor compararet, esset debitoris, ut recte id docuit Accurcius, quem sequitur Leothardus de usuris quæst. 69. n. 38. & tunc virtute talis conventionis potest debitor agere ad rem ipsam emptam ex residuo pretii, quod supererat solutâ for-

te principalis. Prosequuntur hujusmodi pacti legis commissoria in pignoribus exceptions, & ampliations, novissime Gibalinus dict. lib. 3. de usur. cap. 7. art. 13. per totum, Leothardus de usur. quæst. 70. per totum.

## C A P U T VIII.

## (a) Gregorius IX.

Cum constet I. mulierem uxorem Ogeri quoad usumfructum filio suo (b) successisse in bonis, quorum proprietas ad M. mulierem uxorem C. dignoscitur pertinere: Mandamus quatenus eam ad cautionem (c) idoneam exhibendam, quod utatur, & fruatur salvâ rerum (d) substantiâ rebus immobilibus, quæ uia non consumuntur, ad (e) arbitrium boni viri: (f) pecuniam verò, si quam habuit, vel habebit, ac estimationem bonorum, quæ consumuntur usu, & in hereditate inventa fuerint, in morte sua dictæ mulieri, vel heredibus ejus restituat, per censuram ecclesiasticam compellatis.

## N O T A

(a) **G**regorius. ] Non exprimitur cui rescribar Pontifex; illud credo, rescribere aliquibus iudicibus ecclesiasticis, vel secularibus illius provinciæ, quæ tam in spiritualibus, quam temporaliibus parere Ecclesiæ; alias de negotio merè temporali, & inter laicas personas disceperato, ad quid necessarium erat adire judicium Ecclesiæ? Illud enim notandum est, constitutionem hanc spectare ad secundam partem hujus rubricæ, ibi: De aliis cautionibus. Quæ verba propter presentem constitutionem à se editam addere jussit Gregorius IX.

(b) Successisse. ] Immò ususfructus morte finitur, nec in eo datur successio, l. liber. C. 3. de usurfructu l. i. § simpliciter 21 ff. de collat. honor. l. corruptionem, C. de usurfruct. § finitum, Inflat. eodem, ubi plura Institutarii. Cum hoc principium pro rostris disputandum proponitur, in contrarium acutè expendi solent textus in l. i. usurfructu 21 ff. quibus modis usurfructus, l. generali 32. §. filius, & §. heredis, ff. de usurfruct. legat. l. i. servos 18. §. cum servus, ff. de stipul. servor. cum l. i. l. sed eti 25. §. si operas, ff. de usurfruct. l. i. rem 62. §. si fundum, ff. de curia, l. uxori 35 ff. de usurfruct. legat. l. a. reo 70. §. reo, ff. de fidejus. l. Sempronius 26. de usurfruct. leg. l. computationes 68. pr. vers. sc. de nique, ff. ad legem Falcid. l. in singulos annos 8. l. cum in annos 11. ff. de annuis legat. l. Steichum 95. §. usurfructum, ff. de solut. l. usurfructu, solut. matr. l. usurfructum, ff. de usurfruct. leg. l. in fundum 21. ff. de jure dot. l. 5. ff. de operis libert. l. 1. §. usurfructu, ff. ad leg. Falcid. l. 7. ff. de evit. l. publica 4. ff. de remiss. l. 3. §. sedis habenti, ff. de legat. 3. l. 8. l. Atela 14. l. 20. §. Titia, ff. de alimento. legat. l. & post item 12. §. 2. ff. famili. ericis. l. si fundus 16. ff. de evit. l. mulieri 74. ff. de condit. & demonstr. Ergo in praesenti non recte supponitur dari successionem in usurfructu. Cui difficultati ut satisfaciant repetentes in praesenti, varios casus huius decisioni assignarunt. Certè plures adaptari possunt; illa facile supponi valet, videlicet filium testamentum fecisse, & in eo usurfructum L mulieri Aegidii reliquum.

D. Gonzalez, in Decretal. Tom. III. Pars I.

fe'; proprietatem verò ipsius rei M. & ita ex ipsa institutione, non verò continuata successione usurfructum rerum filii ad I. matrem ejus pervenisse.

(c) Cautionem idoneam. ] Sed quænam cautio praefanda sit, meritò dubitatur; quod enim nuda promissio sufficiat, probatur; tum quia cautionis nomine nuda, & simplex promissio significatur, l. sancius 3. C. de v. s. & cautionem per stipulationem praestari docetur in l. i. §. 1. ff. hoc titul. Sed verius est, nudam promissionem non sufficiere, ut probant Donellus lib. 10. comment. cap. 14. Galbanus de usurfructu cap. 19. Ratio est, quia jus à fructuatio satisfactionem exigit, l. huic 5. §. ff. usurfructuaris, l. si cuius 13. in principiis de usurfructu l. 4. C. eodem, & eam Consulti cautionem passim appellant, l. i. dict. l. huic 5. §. ultimo. Satisfatio autem in jure accipitur pro ea, quæ fit datis fidejuslitoribus, l. i. ff. qui satisdat, cog. l. tribus 8 ff. de usurfruct. earum rerum, l. i. §. iacet. de collat. honor. Tum quia hæc cauio debet esse idonea, ut in praesenti docetur; idonea autem cauio in jure dicitur, quæ fit datis fidejuslitoribus, vel pignoribus, l. si mandata, §. final. ff. mandata, l. 4. §. 8 ff. de fidei-commiss. libert. dict. l. i. qui satisdat. Unde recte Doctores tenent, cautionem hanc accipi pro ea, quæ fidejuslitoribus datis praestatur. Mancius ad titulum ff. de usurfructu, numero 46. Gabriel de Bellis de usurfructu cap. 3. §. 4. Velascus de præv. panper. part. 1. quæst. 57. Marinis tom. 1. decision. 208. Castillo de usurfructu cap. 18. Accedit, quod cauio ista desideratur ad securitatem proprietarii: sed dominus proprietatis securior non redditur nuda promissione, sed fidejuslitoribus datis: ergo cauio fidejuslitoria praestanda est. Et licet cauio indistinctè à fructuaria petatur in l. i. ff. usurfructuaris quem, l. i. C. de usurfr. tamen pro idonea, quæ fit fidejuslitoribus praestitis, est accipienda: unde si usurfructus re tradita satisdat, non sit, erit in electione proprietarii rem vindicare, vel stipulationem fidejuslitoribus datis condicere. Sed an pignoribus datis utiliter caveatur, quarti solet, ex eo quia cauio hæc fructuaria praetoria videtur, cum Praetor fructuarium satis dare

Kk. 2 jubeat,